Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685491-p0001-2

Sammelbd.
010 Ab.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685491-p0002-8

SERMON
N

Duabus
in co
teris
tur,
recte ſe haber
tura hominib
deipſa ratione
ſe primum A
non certe ea
infans organi
ut ipſe oculis
quiruntur.
que ingentia
vel inter port
& qui eum ſ
DXXXX. inf
fans ſemeſtis

ritur, an hominem ſermo-
homo ſibi relictus, nulla-
raturus ſit? Itaque ſermo-
cum quibus conſuevimus,
m multitudo, cum ſane ſi
dem lingua eſſent locuturi,
erſitas in ore plurium quo-
eſt.

os quisque audiat quotidie
dagogi loquuntur. Eloquen
& de his Gracchis, Cicero
rmone matris. Sed hoc a
ina ſolvunt: Aliquid in ſu
oces fiet ad placitum. V
gulam frangere ex arbitri
one aliquid diſtincte enu
llo modo id agere ad plac
omnium conſortio privar
facul

34

AN

SERMONIS VSVS SIT HOMINI NATVRALIS?

DISPVTAT,

ET AD

ORATIONES IVVENILES

AVDIENDAS

DIE 9 Februar. MDCCLI.

POST HORAM OCTAVAM ANTE MERIDIEM IN AVDITORIO MAXIMO SACRIS PVBLICIS FINITIS

PATRONOS LYCEI NOSTRI ET PROCERES

DEMISSE INDE

MVSARVM NOSTRARVM FAVTORES ET AMICOS PEROFFICIOSE

INVITAT

M. IO. FRIDERICVS SCHROEDERVS,

LYCEI TORGAV. RECTOR.

TORGAVIAE,

LITERIS PETERSELLIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685491-p0004-9

* * *

Duabus rebus hominem a brutis differre, *ratione* & *oratione*, ita quidem in confeſſo apud omnes eſt, ut alio quam rationalis *elogio*, homo a cæteris animantibus in vulgari philoſophorum definitione non diſtinguatur, & *vitam ſilentio tranſigere* pecorum a *Salluſtio* judicetur: Quæ ſi recte ſe habent, jure quæritur, ſit ne illa ratiocinandi loquendique felicitas, natura hominibus inſita, an exercitio demum uſuque adquiſita? Mihi jam non deipſa ratione, ſed de cogitationibus verbis expreſſis, de *ſermone*, acturo, offert ſe primum Ariſtotelis auctoritas, qui mutum & ſurdum naſci hominem ſcribit, non certe ea animi ſententia, qua mutos & ſurdos vulgo nominamus, ſed quod infans organis loquendi audiendique uti nondum didicerit, illorum quippe uſus ut ipſe oculis videndi, pedibus eundi habitus, non niſi frequenti exercitio adquiruntur. Nam quod infantes aliquos ſtatim ut nati ſunt locutos & plerumque ingentia mala vaticinatos eſſe traditur, vel inter fabellas referri oportet, vel inter portenta. Qualia exempla refert *Julius Obſequens Prodigiorum* libro & qui eum ſupplevit *Conradus Lycoſthenes* quibus, ſi fides habenda A. V. C. DXXXX. infans in utero matris Io triumphe exclamavit, A. V. DXXX. infans ſemeſtris triumphum exclamavit & A. V. DCXXXXV. puer cum ex ancilla naſceretur Ave dixit. Sed jam de eo non quæritur, an hominem ſermonis uſum exercitio ſibi comparare oporteat, ſed an homo ſibi relictus, nullaque aliorum conſuetudine adjutus, illum ſibi comparaturus ſit? Itaque ſermonis, quo utimur conditionem magna ex parte ab iis cum quibus conſuevimus, pendere, teſtimonio eſt illa linguarum vernacularum multitudo, cum ſane ſi certus quidam homini naturalis eſſet ſermo omnes eadem lingua eſſent locuturi, teſtimonio eſt ipſa illa unius ejusdemque linguæ diverſitas in ore plurium quorum quivis cum aliis hominibus a teneris converſatus eſt.

Unde *Quintilianus: Magni intereſt inquit*, *quos quisque audiat quotidie*, *quibusque loquatur a puero*, *quemadmodum patres*, *pædagogi loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater eo tempore plurimum contulit*, *& de his Gracchis*, *Cicero: Apparet filios non tam in gremio educatos*, *quam in ſermone matris.* Sed hoc argumentum quod a diverſitate linguarum petitur, alii ita ſolvunt: Aliquid in ſuo *inquiunt* univerſali, naturale eſt; Idſi ad ſpeciem revoces fiet ad placitum. Veluti fures ſupplicio adfligere naturale eſt, ſed laqueo gulam frangere ex arbitrio. Idem de locutione valet adſtrui. Nam loqui & ſermone aliquid diſtincte enunciare inſitum ingenitumque homini eſt, ſed hoc vel illo modo id agere ad placitum. Quibus id ſane efficeretur, reſtare homini, omnium conſortio privato facul-

* * *

rebus hominem a brutis differre, *ratione & oratione*, ita quidem
onfeſſo apud omnes eſt, ut alio quam rationalis *elogio*, homo a cæ-
animantibus in vulgari philoſophorum definitione non diſtingua-
& *vitam ſilentio tranſigere* pecorum a *Salluſtio* judicetur: Quæ ſi
t, jure quæritur, ſit ne illa ratiocinandi loquendique felicitas, na-
us inſita, an exercitio demum uſuque adquiſita? Mihi jam non
, ſed de cogitationibus verbis expreſſis, de *ſermone*, acturo, offert
riſtotelis auctoritas, qui mutum & ſurdum naſci hominem ſcribit,
nimi ſententia, qua mutos & ſurdos vulgo nominamus, ſed quod
loquendi audiendique uti nondum didicerit, illorum quippe uſus
videndi, pedibus eundi habitus, non niſi frequenti exercitio ad-
Nam quod infantes aliquos ſtatim ut nati ſunt locutos & plerum-
mala vaticinatos eſſe traditur, vel inter fabellas referri oportet,
enta. Qualia exempla refert *Julius Obſequens Prodigiorum* libro
applevit *Conradus Lycoſthenes* quibus, ſi fides habenda A. V. C.
ans in utero matris Io triumphe exclamavit, A. V. DXXX. in-
triumphum exclamavit & A. V. DCXXXXV. puer cum ex an-

facultatem linguam aliq
Aqua ſententia certe alie
tempore cum de antiqu
tur, infantes duos lactan
cum adoleverint e lingu
judicaretur. Infantes igit
exclamaverunt, quod cu
pronunciatum, cum cog

virtutes habitur
liger:

Vis morb
Natu

Contra a
giſtros, tacendi
tia, qui cum i
philoſophis etia
gatis interrogatu
dit qui *inter poc*

Sed ut ſu
cognitione cora
mo reprehende
na ſunt edituri

Joannes Geor
Quid ſit

Joannes Godo
Qui hom

Joannes Frid
De vulgat

Chriſtian Got
Ventilabit
Ariſt
rum

Chriſtoph. Fri
De ſtudio

e, mihi autem bene-
xe rogo.

facultatem linguam aliquam ſibi ipſi condendi, etſi alius aliam conditurus ſit. A qua ſententia certe alienus fuit *Pſammetichus* rex narrante Herodoto L. I. cujus tempore cum de antiquitate Linguæ inter Phrygios & Ægyptios controverteretur, infantes duos lactantes ad huc rex in deſertum inter bruta abjici juſſit, ut cum adoleverint e lingua qua uſuri eſſent, quæ homini maxime eſſet naturalis judicaretur. Infantes igitur poſt aliquot annos cum homines conſpicerent, βέκκος exclamaverunt, quod cum Phryphia lingua *panem* ſignificat, pro Phrygiis eſt pronunciatum, cum cogitari debuiſſet eum ſonum a pecoribus balantibus infantes didiciſſe, quod & obſervavit *Steph. Morinus de lingua primæva* exerc. I. c. 6. ubi contra eos qui linguam aliquam homini naturalem finxerunt diſputat. Nam alias exemplis pluribus evincitur homines, qui a prima infantia inter bruta adoleverunt, nulla ſermonis articulati & humani ſpecimina edidiſſe. Nam & Quintilianus *infantes inquit* Lib. X. c. I. *a mutis nutricibus juſſu regum in ſolitudine educati etiamſi verba quædam emiſiſſe traduntur, loquendi tamen facultate caruerunt.* Ita *Franc. Catrou in hiſtoria univerſali imperii Mogolis* gallice edita de rege Indoſtano *Melabdi Akebas* refert, cum duodecim infantes arci cuidam cum nutrice & janitore mutis includi juſſiſſet, quanam olim lingua ſint gaviſuri experturus XII. ætatis anno liberatos, nulla plane lingua reperiſſe exercitatos, ſolisque geſtibus animi ſenſa exponentes. Neque adultorum exempla deſunt, qui in tenera ætate ab hominum conſortio remoti vita per aliquot annos inter bruta acta, nihil humani ſermonis habuerunt. *Nic. Tulpius* in Obſ. med. l. 4. c. 10. memorat, juvenem inſtar ovis balantem publice Amſtelodami circa Sæculi XVII. medium viſum. Erat is inter ſylveſtres Hyberniæ oves ab infantia enutritus, & ita vocem atque naturam ovillam induerat, ut de nulla re niſi gramine, fœno & aqua ſollicitus poſt XVI. ætatis annum feræ ad inſtar captus & humano commercio emollitus ſit. Alium caſum refert *Bern. Connor* in Evang. Medici art. 15. p. 133. Anno 1694. in nemoribus ad Ruſſiæ & Lithuaniæ confinia ſitis a venantibus inter urſorum gregem juvenem X. circiter annos natum adſpectu horridum pilis hirſutum captum eſſe, qui nec rationis nec loquelæ imo ne vocis quidem humanæ uſu gaviſus fuerit, accedente autem inſtitutione demum verba quædam rauca & inhumana voce proferre cœperit. Horum caſuum plures adduci poſſent; Sed cum alii jam illos collegerint, præcipue *Kœnig* in Schediaſmate *de hominum inter feras educatorum ſtatu naturali ſolitario* illis recenſendis ſuperſedeo. Hi enim quos memoravi ſatis oſtendunt, hominem ſibi ſoli relictum, ne quidem linguam humanam ſibi effictururm. Equidem remotam id peragendi potentiam denegare ipſi non auſim, cum poſſit rerum notiones in animo formare illasque certis ſonis articulatis exprimendi conſilium capere, ad quam rem cur aliorum inſtitutio abſolute neceſſaria adeo ſit non facile perſpicitur; ſed tamen ex factis ante narratis conſtat, id adeo difficile eſſe, ut hominem ſibi ipſi linguam conditurum non adeo credibile ſit. Quo ipſo magno argumento fulciri mihi videtur, quod alias, ſat validis ex rationibus creditur, primitivam linguam a Deo auctore profectam. Quantumcunque urgeatur competens homini facultas cogitandi, & cogitata ſua verbis exprimendi, non poterant certe tot jam protoplaſti finxiſſe voces, quæ colloquiis inprimis Geneſeos capitibus recenſitis ſufficerent. Concludamus igitur ſermonis uſum homini non eſſe naturalem, ſed primum quidem a Deo acceptum, jam poſt confuſas apud turrim Babylonicam linguas ab aliis hominibus ediſci. Quæ cum ita ſint divino numini grates debemus, quod in conſortio hominum nos educari, non inter feras abjici nos paſſum ſit, quo & rationis & linguarum uſum ab aliis edoceri potuerimus. Cavendum etiam, ut ne divino hoc beneficio abutamur, vel vana vel mala verba proferendo. Contra linguam compeſcere inter ſummas ſemper

virtutes

virtutes habitum. Epigramma in ſtatuam *Niobes* ita Latine reddidit *Joſ. Scaliger:*

Vis morbi in lingua eſt mortalibus inſita, ſæpe
Natum ex infreni eſt garrulitate malum.

Contra a ſapientibus proditum: Dicendi quidem nos homines habere magiſtros, tacendi autem Deum præceptorem. Quo ſpectat etiam *Zenonis* ſententia, qui cum in convivio illo, quo regios legatos Athenis quidam exceperat, philoſophis etiam quibusdam adhibitis, liberiores ut fit ſermones ferrentur a legatis interrogatus, quid de ſe regi nunciari juberet? Eſſe Athenis ſenem reſpondit qui *inter pocula linguam compeſcere noverit.*

Sed ut ſuum eſt loquendi & tacendi tempus, ita juvenes bonarum artium cognitione coram iis loquentes quos arbitros ſtudiorum ſuorum venerantur nemo reprehendet. Quales ego jam produco, qui profectuum ſuorum ſpecimina ſunt edituri

Joannes Georgius Wænerus, Melpizio Miſn.
Quid ſit peccatum originis? definiendo exponet.

Joannes Godofredus Mehlig, Torgav. Miſn.
Qui homines peccato originis corrupti ſint? dicet.

Joannes Fridericus Gerner, Dresd. Miſn.
De vulgato: Dic Cur Hic verba faciet.

Chriſtian Gottlieb Tiſcher, Torgav. Miſn.
Ventilabit Problema: Quænam ſummorum Philoſophorum Platonis & Ariſtotelis de periodicis mutationibus imperiorum & Rerum publicarum ſit ſententia?

Lebrecht
Chriſtoph. Frideric. Hoffmann, Waydenhayna Miſn.
De ſtudiorum ſcopo atque conſilio perorabit.

Quos Lycei noſtri Patroni atque fautores, ut erigere, mihi autem benevolentiam teſtari frequentia ſua velint enixe rogo.

n. Epigramma in ſtatuam *Niobes* ita Latine reddidit *Joſ. Sca-*

i in lingua eſt mortalibus inſita, ſæpe
ım ex infreni eſt garrulitate malum.

ſapientibus proditum: Dicendi quidem nos homines habere ma-
autem Deum præceptorem. Quo ſpectat etiam *Zenonis* ſenten-
n convivio illo, quo regios legatos Athenis quidam exceperat,
m quibusdam adhibitis, liberiores ut ſit ſermones ferrentur a le-
ıs, quid de ſe regi nunciari juberet? Eſſe Athenis ſenem reſpon-
ula linguam compeſcere noverit.

um eſt loquendi & tacendi tempus, ita juvenes bonarum artium
m iis loquentes quos arbitros ſtudiorum ſuorum venerantur ne-
. Quales ego jam produco, qui profectuum ſuorum ſpecimi-

gius Wænerus, Melpizio Miſn.
peccatum originis? definiendo exponet.

fredus Mehlig, Torgav. Miſn.
nes peccato originis corrupti ſint? dicet.

ricus Gerner, Dresd. Miſn.
o: Dic Cur Hic verba faciet.

lieb Tiſcher, Torgav. Miſn.
Problema: Quænam ſummorum Philoſophorum Platonis &
telis de periodicis mutationibus imperiorum & Rerum publica-
ſit ſententia?

Lebrecht
leric. Hoffmann, Waydenhayna Miſn.
um ſcopo atque conſilio perorabit.

AB: 155056

VD 18

ULB Halle 3
003 085 112

TA → DL

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685491-p0011-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-685491-p0012-3

34

AN

ERMON... VS SIT HOMINI ...RALIS?

...TAT,

AD

C... IONES ...NILES

...DAS

... MDCCLI.

PO... ANTE MERIDIEM IN ...MO SACRIS ...NITIS

PATRO... TRI ET PROCERES ...IDE

MVSA... I FAVTORES ET ...ICIOSE

M. ... HROEDERVS, ...CTOR.

...IANIS.